

neta in singulis revolutionibus semel ad Solem accedit, semelque recedit. Foci distantia a centro figuræ variat, pendetque a celeritate & directione primæ projectionis, major est in remotioribus, prope Solem exigua est excentricitas. Planeta non æquali celeritate in omnibus punctis orbitæ suæ fertur, quo minus a Sole distat, eo celerius movetur; & tempora, in quibus arcus varii orbitæ percurruntur, sunt inter se, ut arcæ lineis ad centrum solis determinatæ. Quadrata temporum periodicorum singularum orbitarum sunt inter se, ut cubi diametrorum maximarum. Sagacissimo Keplero hæc motuum cælestium leges deprehensæ primum sunt, observationibusque posteriorum

rum